

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rahn

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne, I.U.D. &
Prof. Ad Exequias Quas Virgini ... Catharinae Margaretae Heins/ Filiae suae
desideratissimae, Mater moestißima paratas cupit, Omnes omnium ordinum
Cives Academicos amice invitat**

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77097502X>

Druck Freier  Zugang



Rahne, H.,

in C. M. Hein.

Rost. 1651.

12

140.

PROGRAMMA
Quo
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
HENRICVS RAHNE,
J. U. D. & Prof.
Ad Exequias
Quas
VIRGINI ORNATISSIMÆ
CATHARINÆ MARGA-
RETÆ HEGESI

Filiæ suæ desideratissimæ,
Mater mætissima
paratas cupit,

Omnes omnium ordinum Cives Aca-
demicos amicè invitati.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. LK

180

521



Edici scribunt, &
subscribit experientia:
si partium humani corpo-
ris ictu, morsu vel punctu
solvatur compages, aut
vulnera, quæ vix tandem
coaluerunt, refricentur,
acerbissimos exsistere fo-
lere cruciatus. Quàm ergo
gravem, quàm magnum & acerbum existimabitis
doloris sensum inflictum esse pectori M A R G A-
RETÆ Hagemeisters: cuius vulnus ex Mariti des-
ideratissimi (cui ante quadrantem quasi anni, non
sine gravi luctu, maximoque honorum omnium de-
siderio justa cum lacrymis solvit) non ita pridem
acceptum, necdum consolidatum, nunc recruduit.
cùm filia CATHARINA MARGARETA,
festivæ supra ætatem indolis, è conspectu hominum
& commercio digressa, laceratione miserabili bo-
nam materni pectoris partem secum abripuit? Uc-
vere luctum ex luctu, ex dolore dolorem, ceu pro-
cellam ex procella subire, & cum illa apud Menan-
drum exclamare posse videatur:

*M*e miseram, quæ sola calamitates tales expe-
rior,

*Q*uas præ immanitate nemo facile crediderit.

A 2

Et

Et cum sene illo apud Comicum.

Ad malum mala res plurimæ se agglutinant.
Priusquam unum est injectum telum, cum instat
alterum.

Usque adeo tota vita flebilis est, urgebunt nova in-
commoda, priusquam veteribus satisficeris, ait Se-
neca.

Alia ex alia cura fatigat

Vexatq; animos nova tempestas.

Nobis, Cives Academici, diligenter danda est ope-
ra, ne quâ desimus re viduæ moestissimæ, quæ ali-
quid levamenti afferre ipsi possit. Ac cætera qui-
dem aliâs, nunc, dum indicandum funus est, de vita
filiæ defunctæ paucis exponamus, quæ quidem ac-
cepimus. Nata est heic RostochI anno post natum
Christum cl^o I^oc. XXXVII. d. V. Julii inter II. &
III. matutinam. Pater ei fuit vir spectatæ virtutis
ac doctrinæ D.N. HENRICUS HEINIUS,
Amplissimi Jurisconsultorum ordinis Secretarius
meritissimus, & Collegij Professorum Ducalium
Oeconomus quondam fidelissimus, vñ c̄v ægiis.
Matrem habuit, præstantissimam foeminam MAR-
GARETAM Hagemeisters / quam lectissimæ mors
filiæ nimium vehementer perculit. Avum pater-
num habuit Virum Consultissimum, Amplissimum
atque Excellentissimum DN. ALBERTUM HEI-
NIUM, J.U.D. & Decretalium per ipsos XL. annos
in celeberrima hac Universitate Professorem, Am-
plissimi Jurisconsultorū Collegii Seniorem, ac Illu-
strissimi Principis Mecklenburg. Ducis JOANNIS
ALBERTI Consiliarium intimioris admissionis
longè.

longèque meritissimum. Aviam paternam habuit
CATHARINAM Herstmanns / matronam
singularis exempli. Avum maternum sortita fuit
Virum Prudentissimum ac Spectatissimum DN.
GEORGII M HAGEMEISTER II M Se-
natorem quondam Reipub. hujus gravissimum;
Aviam maternam **MARGARETAM** Beselins/foe-
minam laudatissimam. Proavus paternus fuit Vir
Amplissimus & Consultissimus DN. **FRI D E R I-**
C U S H E I N, J. U. D. Decretalium, in hac Aca-
demia, Professor. Illustrissimiq; Principis Mecklen-
burg. Ducis **JOANNIS ALBERTI** Consilia-
rius intimioris admissionis, postmodum hujus ci-
vitis Syndicus ac Consul quondam gravissimus.
Proviam paternam habuit **ANNA M Dobbins** /
matronam omnibus muliebriū virtutum ornamenti
conspicuum. Proavum maternum sortita fuit DN.
GEORGII M Hagemeister/ Ecclesiarum Güstro-
viensium Oeconomum quondam maximē indu-
strium ac fidelem, & Illustrissimo Principi Meck-
lenburg. Duci **ULRICO à Secretis Cameræ**; Proa-
viam maternam **REGINA M Krügers**/matronam
honestam. Abavum paternum habuit DN. **JACO-**
BII M H E I N, Consulem apud Neobrandenbur-
genses quondam prudentissimum; Abaviam verò
paternam. **E LISABETAM** Barnefürs. Ab-
avus maternus ei fuit **LAURENTIUS** Hagemeister/
Civis Bützoviensis; Abavia materna **MARGARE-**
TA Pensins. Si itaque veteres etiam hoc inter pri-
ma & maxima hominis Bona censuerunt; in lucem
statim venire felicem; Nostra sanè hoc nacta est,

quæ Majoribus ac Parentibus, probitate, virtute,
genere præstantissimis prognata fuit. Ad hoc nata-
lum decus accessit, quod est palmarium, accurata
Parentum educatio, quæ omnis eò tendebat, ut Fi-
liam hanc suam in disciplina & eruditione D O M I N I
enutrirent. Ita etiam educata erat, ut præter puella-
res artes, nil nisi optima ac honesta nosse posset.
Quamprimum fari coeperat, præceptoribus erudien-
da mature tradita est, à quibus etiam Institutiones
Catecheticas, Davidicas quoque odas & preces pias
plurimas opinione celerius addidicit. Firmior facta
Scripturas sacras sedulò legit Ipsa, quibus addebat
haud raro devotas aliorum meditationes, quarum-
ductu tanto promptius ad pietatis & precum exerci-
tia exsurgeret. Cumque jam sibi è S. literis & aliis
probæ notæ libris ejusmodi doctrinas salutares sive
instruendæ animæ, sive excitandæ, sive hilarandæ
illi, sive solandæ collegisset & jam tredecim annorum
esset, ante hebdomadas quasi quinque, cum ma-
tre indulgentissima, cœna etiam Dominicâ magnâ
cum devotione usa est, ubi prius animam accurato
peccatorum examine, & seriâ de admissis pœnitен-
tiâ procurasset. Parentibus fuit obsequentissima, &
post obitum Patris præsertim, non dicta solum ma-
tris sed & nutus observavit, ac ut nostri loquuntur,
altera quasi manus Ejus fuit. Curas domesticas cum
matre honestissima pro virili partiebatur, eiq; vidui-
tatis molestias non raro mitigabat. Accessit matris
invaletudo: pro qua magis atq; ob suam anxia, dies
noctesq; D E U M precibus, seipsum curis ac ægri-
tudine fatigavit. Quod si fata eam cœui morta-
lium non invidissent, humanitate certatura olim
fuisset

...cum Agnus, pietate cum Maria, diligenter
cum Martha, modestia cum Sara. At o fluxas res
hominum: ut nostrae spes in medio sepe spacio fran-
guntur! Ecce enim, dum Nostra in virtutum studio
pleno passu ingreditur, praeter omnium expectatio-
nem vitâ defungitur. Ad morbum quod attinet, una
& altera abierunt septimanæ, quod de corporis &
præcipue capitis doloribus conquæta fuit, qui magis
magisq; incrementa cepere indies, donec ad eos
paralytic accessit, quæ d. VI. Octobr. circa nonam
vespertinam, elegantissimum piæ animæ palatum
tandem destruxit. Et licet Medicorum cura iretur
obviam, nihil tamen cæ profectum est, cum malum
longè valentius esset. Nomen Conservatoris no-
stri J E S U svayissimum ut in pectori, ita in ore
semper habuit, petiitq; ab eo, ut se solveret, & in
æterna tabernacula transferret. Ubi nunc procul
dubio felix anima agitat, associanda suo olim cor-
pori, cum magnus ille atque decretorius dies ani-
mabit rerum, quicquid in terra putruerat; ut sua
solvantur pietati præmia, commeritas poenas im-
pietas pendat. Nemo nostrum est adeò inhu-
manus, qui viduam mœstissimam postulet, ut siccis
planè oculis filiam denatam intueatur: siquidem
constat ab Æschyne olim Demostheni odium libe-
rorum objectum fuisse, quod die ab obitu filiæ
septimo, auditâ Philippi Macedonum Regis mor-
te, splendide amictus & coronatus in publicum pro-
diisset. Lugebit itaque, sed caveat sine modo,
frenis in luctu potius, quam calcaribus utatur. Qui
ut Achitophel & alii, primâ morte secundæ resurre-
ctionis

Etionis spem perdunt, illorum mors hominum lacrymas meretur ac terribilis est. Davidi non tam cruenta cædes Absolonis, quam æterna pernicies perditissimi adolescentis, qui cum rebelli sanguine impuram & impoenitentem animam expuerat, tam largas lacrymas & acerbissima lamenta expressit. Nostram verò CATHARINAM MARGARETAM mors ista non consumxit, sed absolvit, dum à mortali immortale, hoc est, animam à corpore, non verò à Deo secrevit. Consecuta est requiem perpetuam, quæ est in visione veritatis, in amore bonitatis, in securitate æternitatis.

Vestrum erit, CIVES ACADEMICI, ut matris luctui remedium afferatis, acerbissimum hunc casum vestrâ pietate leviorum faciatis. Quod fiet equidem si filiæ funus frequentibus Exequis cohonestandum censueritis. Id igitur ut faciatis sedulo, etiam atque etiam vos adhortamur. P.P.d.
XIII, Octobr. Anno recuperatae gratiæ cœs locc LII

Conventus fiet postea media prima, in
ade D. Jacobo sacra.



...cum Martha, modestiâ cum Sara.
hominum: ut nostræ spes in medio sa-
guntur! Ecce enim, dum Nostra in vi-
pleno passu ingreditur, præter omni-
nem vitâ defungitur. Ad morbum quo-
& altera abierunt septimanæ, quod
præcipue capit is doloribus conqüesta-
magisq; incrementa cepere indies,
paralyſis accessit, quæ d. VI. Octobr.
vespertinam, elegantissimum piæ an-
tandem destruxit. Et licet Medicor.
obviam, nihil tamen cā profectum ei-
longè valentius esset. Nomen Con-
ſtri J E S U svayissimam ut in pecto
semper habuit, petiitq; ab eo, ut se
æterna tabernacula transferret. Ul-
dubio felix anima agitat, associanda
pori, cum magnus ille atque decreto
mabit irerum, quicquid in terra puti-
ſolyantur pietati præmia, commercio
pietas pendat. Nemo nostrum est
nus, qui viduam mœstissimam post
planè oculis filiam denatam intueatu-
constat ab Æſhyne olim Demosthe-
rorum objectum fuisse, quod die a
septimo, auditâ Philippi Macedonu-
te, splendide amictus & coronatus in-
diſſe. Lugebit itaque, sed cave
frenis in luctu potius, quam calcaribu-
ut Achitophel & alii, prima morte fec-




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 035

the scale towards document